



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XV. Qualis Origo sit Animæ humanæ?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

est infantibus absque voluntario proprio.

AD IV. Aug. 1, 2. de nupt. c. 28. *Quid queris latentem rimam, cum habeas apertissimam ianuam?* Per unum hominem peccatum intravit. Ibid. c. 26. voluntarium peccatum primi hominis est originalis causa peccati.

AD V. Aug. 1, 2. de nupt. c. 25, 26, 27. baptizatus generat ut homo, non ut baptizatus. Item generat sibi similem in specie, non in individuo; unde pater communicat filio communia naturae, non individui.

AD VI. Pecc. orig. eatenus est naturale, quod simus natura filii ira; id est, a natuitate; seu ex conditione materiae nostrae.

AD VII. Sathan non conditor, sed corruptor naturae est bona. Porro ob argumenta Sectariorum de Traduce p. or. paucis quedam de Anima sunt praemittenda.

QVÆSTIO XV.

Qualis origo sit anima humana?

Opiniones quinque reiiciendæ tenenda est sexta. Adeò vero hinc cognoscitur verum illud Tertulliani lib. contra Hermog. Philosophi, hereticorum Patriarchæ censendunt.

I. STOICISMVM hunc: *Animas esse particulas substantias Dei; verterunt Gnostici, Manichæi, & Priscillianistæ in haeresin.*

II. PLATONISMVM hunc: *Animas hominum à Deo creatas cum Angelis, per fastidium caelestium, & amorem terrestrium, deturbatas in carcere corporum: in haeresin veritatis Origenes. De his duobus prolixè in Genalog. p. 4, q. 6.*

III. RABINISMVM hunc Hebreorum quidam olim temuerunt: *Animas cum Angelis omnes creatas esse: quod Deus nil creavit post diem septimum: non*

quod peccant in celo, luantque iam in corpore detrusæ.

SVADENT istis. 1. Deus Gen. 1. hominem creavit die sexto ad imag. & similiter suam, quæ et in anima: Deinde, Gen. 2. die septimo formauit hominem de limo, quoad corpus. Cum autem pars ratio omnium animarum, parque corporum: plerique creatæ fuit, int' omnes animæ die sexto; corpus septimo.

2. Absurdum videtur aliquid produci post solutam creationem septimi diei.

AVTOR. Istam opinionem vocat S. Hieronymus stultam apud S. Aug. epist. 27. Eam S. Tho. I. q. 118. a. 3. sirotutat. Anima, ut pars, est natura imperfecta; ac proinde naturaliter appetit coniungi cum sua materia. Absurdum à Deo factum opus imperfictum, altero die id perfecisse. Est autem imperfecta; quia altoquin forma non foret: nec naturaliter iungere corpori, sed violenter in corpore maneret. In que pecuniam è celo demittetur in corpus.

DICO AD I. Vtrobique narratur productio hominis totius, sed hic brevius, isthic prolixius. Nam Gen. 1. Creato masculo & feminæ dicitur: *Crescite, & multiplicamini.*

AD II. S. Aug. epist. 28, dicit: Deum die septimo cessasse ab opere creationis, & continuo cœpisse opus gubernationis, & operum multiplicationis, in sua quodque specie: *Sic & animas multiplicari ex una eiusdem specie, in qua omnes erant virtute, non actu, voluit: qua eadem voluntate animas singulas hodieque creat corporique disposito infundit.*

IV. LUCIFERIANORVM errorum: *Animas gigantibus parentibus, ut corpora: vide in Genalog. p. 4, q. 6.*

V. S. AVGUSTINVS passim, cum pluribus, censuit, Latere originem animæ; nec terminé id definiendum.

AVTOR. Animæ singulæ tunc creantur.



creantur ex nihilo, cum infunduntur corpori sat præparato.

1. Sic Communis S. Patrum; (excepto S. Aug. & Greg. Nysseno:) apud Bellar. l. 4. c. 11.

2. Sic omnis Theologia scholastica.

3. Sic causa, cur S. Augustinus senserit latere originem animæ erat, quod nusquam sciret, quomodo peccatum originale possit cum noua animalium creatione defendi contra Pelagianos: At remota quæstione peccati orig. creationem animalium nouam veram esse sensit. Verè autem nec creatio animalium impedit peccati orig. traductionem, nec propagatio animalium ex anima Adæ iuuat propagationem peccati orig. vt protinus liquebit.

QVÆSTIO XVI.

Quomodo derivatur ad nos peccatum originis?

I. TERTULLIANVS. Propagari ait pec. originale, quod tam anima, quam corpus sit ex traduce, seu anima patris.

AVTOR. Error est iste. 1. Quia sic carnis vitium inficeret animam, & corpus ageret in spiritum.

2. Labes carnis non est peccatum antè, quām accesserit anima; cui propriè inest peccatum, indeque transit vis in corpus.

II. MAGISTER, Gandauen. &c. Animam volunt creari à Deo; carnem inquinatam traduci, & inquinare, ob libidinis ardorem, ex qua p. o. traducitur; Sieque morbidam qualitatem corporis redundare in animam.

III. HALENSIS, Bonavent. volunt Aniam à carne inquinari; non quod carni p. o.

inhæreat; sed quod caro, iustitia originali carens, rebellet spiritui, trahens animam deorsum, ac distorquens.

AVTOR. Contra hoc militantista.

1. Quia Infantes ante usum rationis non habent rebellionem carnis, nisi in potentia; ergo nec haberent pec. orig. quod falsum.

2. Homo in puris naturalibus eam pateretur rebellionem; nec tamē haberet pec. orig.

3. Si Deus tolleret omnem somnem; homo tamen contraheret pecc. orig.

4. Spiritus carni vel resistit; tunc non peccat: vel non resistit; tunc peccata actualiter non originaliter.

IV. SENTENTIA igitur VERA est
D.Tho. l. 2. q. 81. a. 1. & plerumque.

I. Ad traductionem peccati originis requiri; vt homo per veram generationem ab Adamo descendat: Roman. 5. In quo omnes peccaverunt; ut in cuius lumbis omnes fuerunt. Medium itaque, quo pec. or. traducitur, est Generatio, quæ per seminalem rationem patris, tanquam principalis Agentis, procuratur. Sic Conc. Trid. sess. 6 c. 3.

II. Non tamen anima ex sua creatione maculatur; sic n. Deus peccati foret autor: Inquinatur autem ex infusione sui in corpus, respectu corporis; non infundentis. Quia creatio est solius Dei simpliciter: infusio autem est & Infundentis Dei, & Recipientis corporis simul.

OBIICIVNT Pelagiani: 1. Peccat. orig. sedem habet in anima, non in carne: sed anima non trahitur ex Adamo: ergo nec peccatum originale.

c. 5

2. Iu-

